



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 8. Hic est Iesus, Præmonet Principes ore populi Dominus, quod si Christum perderent, & vitam sua perderent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

fuis lueris, fuis rapinis latro, fuis dissolutionibus concubiniarius, litibus fuis inquietus, comediis & aſtionibus fuis hiſtrio, fuis ſimulationibus tertæ mediatices: Exaltetur Principis auctoritas, iudicis ſeueritas ſicut unicornis. *Exaltabitur ſicut unicornis cornu meum.* Fortiter impingat, feriat auctoritativè, venena diſpergat, hunc vineulis ſtringat, cadat illum, alterum ad malam damnet crucem, auriculas præſendat alteri, actus iuſtitie ſeueros exerceat. Nequitiarum lites inſtituantur, per ſententiam terminentur; hoc tamen ſalvo, vt illud fiat, attentis oculis, & explicatis luminibus, vt vnusquisque inſitimè & integrè cognoſcat, quis ſit, quid deliquerit: Quomodo, & quando, quid commoverit, nec ad eam dilabatur inſipientiam, vt poſt latam ſententiam & atro calculo damnatum reum, cum Phariſæis intertoget: *Quis eſt hic?* O frater ſi ſiagi: hoc ante quartæ, ſi forſitan inueniretis, quis vobis tunc reſponderet id, quod modo populus reſpondet: *Hic eſt Ieſus &c.* quò tibi peruerſus ac iniquus contra illam proceſſus panderetur.

§. 8. Hic eſt Ieſus, Præmonet Principes ore populi Dominus, quod ſi Chriſtum perderent, & vitam ſuam perderent.

22 **T**ertio intendit Spiritus S. hac reſponſione ex ore populi: *Hic eſt Ieſus.* Perdiſtis his ludæis motuum dare conuerſionis lux, & ſalutis reſtauratum: licet omni ſpe vitæ privati videantur, & illis, ſicut naufragantibus ſubmergendis anchorale ſeu rudentem adiecere, quo conſiſi non ſubmergantur. Erant hi, vt diximus paſſionibus ſuis immerſi, malitiâ obœcati, perturbati, commoti: *Commota eſt vniuerſa ciuitas,* interrogantes: *Quis eſt hic?* Hinc fenestram aperit Spiritus S. per quod illis lux fulgeat illa reſponſione, quam populo ſuggreſſit exprimendam: *Hic eſt Ieſus à Nazareth.* q. d. O malè fortunati, quæ vos obœcauit iniquitas; ne hunc agnoſceretis hominem; ac per hoc adeò depediti: illum agnoſcite, ſcito: *Hic eſt Ieſus Propheta,* id eſt Redemptor veſter, Magiſter veſter, veſter Meſſias: hic vos ſaluaturus aduenit, hic à Deo promiſſus Propheta, vos docturus inſipientes. Venit Rebecca camelo veſta, in ſponſi ſui Iſaac amplexus ruitura, venit reſciciens vt domina pulcherrima, plena gratiarum, quaſi reliqua præ ſe deſpiciens. Aduertit à longe venientem quendam, qui abiectus ei videbatur: quærit

ab Eliezer, qui eam comitabatur: *Quis eſt ille homo, qui venit per agrum in occurſum nobis.* O Gen 24. *Domina, ſcias, hic eſt Dominus meus.* Legiti- mus & ex aſſe familie Abrahæ heres inſtitutus, ille tibi ſponſus expectatus, recipiendus, hic tuum omne bonum. Hoc reſponſo, contemptus vertitur in honorem, deſcendit de camelo, faciem velat, ceremoniâ valde communi mulieribus priſcis illis temporibus, qua proteſtabantur quòd in præſentia mariti, ipſæ caput non eſſent, nec haberentur, & hoc ipſum declarat D. Paulus: *Vir caput eſt mulieris,* ipſe eſt, ipſe qui deber regere, gubernare, diſponere, & ſungi capiti officio in domo, nec aliud in ea caput agnoſcendum, ne præter rationem, quid contingat. Laude dignam cenſeo ob hoc Rebeccam; & intendit ſpiritus S. excitare Synagogam, vt hoc idem faciat. Expectabat illa ardentius Meſſiam vt ſponſum ſuum, hoc enim nomine communiter appellabatur, & ita D. Ioannes expreſſit, vt eum oſtenderet, quòd ipſe Meſſias non eſſet, ſed Chriſtus, ait: quòd ipſe ſponſus non ſit, ſed Chriſtus, quòd ipſe amicus tantummodo eſſet veri illius ſponſi, qui & in nuptiis eius exultaret lætaturus. *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt; amicus autem ſponſi, qui ſtat & audi eum, gaudet gaudet.* 29. &c. Talis enim incedit Synagoga, camelo inſidens gibbulo ambitionis lux ac malitiæ, omnia parumpendens, ac deſignans, quin & ipſum Chriſtum; nec aduertens, nec attendens, quis eſſet. Ad eius in vibem ingreſſum, ſeſcituratur: *Quis eſt hic?* Reſpondet populus: *Hic eſt Ieſus Propheta.* &c. q. d. Cognoviſto illum, o Syn. goga, nec aſpernèris: hic enim noſter eſt Dominus, Saluator noſter, Meſſias promiſſus, heres legitimus domus ac regnorum Dauid patris ſui, & tuus tot ſæculis ſponſus deſideratus. O repudio dignam Synagogam, cur tuæ malitiæ ſtrana non retrahis, cur perverſam non emendas intentionem? cur tubore non confunderis, ex eo quod cum morti tradere præſumpſiſti? Suſcipe illum reuerentem talem, qualis eſt: *Hic eſt Ieſus.*

Verum tamen aliud latet profundius arcantum: quia quò illos vt in ſe reuertantur moneat: exponit illis Spiritus S. attendam ſtudioſius, quid egerint, quando Chriſtum damnarunt innocenter. *Hic eſt Ieſus,* q. d. Malè fauſti Principes, ſacrilegi Sacerdotes Doctores cæci, me deratores immoderati; noſtiſne quis ille, quem condemnatiſtis, & perdere concluſiſtis? *Hic eſt Ieſus Propheta,* Quid eſt Ieſus? ipſe explicet ſeipſum. *Ego ſum via, veritas & vita* Via eſt: illum occidite, & à recta ſalutis via aberrabitis, ve-

ritas est, interficite illum: mendacis, ac erroribus opplebimini: vita est, perditte illum, & vita vestra finietur, exanimis aeternae mortis tradimini sepulturae. Monet illos: Attendite, damnandi, ad id quod agitis, quod si hunc occideritis, actum est de vita vestra, salute, veritate, & omni bono: & ipsum perdere, nihil aliud est, quam a vobis & vrbe vestra expellere bona omnia, & laxissimas portas aperite, caedibus, captiuitatibus, incarcerationibus, perditionibus, infortuniis, omnibus denique malis. q. d. Vobis prospicite, licet enim arbitremini, vestrum a vobis occidi inimicum, & illo euadere superiores ac victoriosos, tamen illum interimentes, nihil aliud eius homicidio lucraturi, quam damnum vestrum ac perditionem, vnde & dicere ac conqueri poteritis cum infausto Lamech: sic interprete D. Chrysost. *Occidi virum in vulnus meum, Gen. 4. 23.* & adolescentulum in liuorem meum. Interfeci virum mihi in damnum, ita vt, illum a me occidi, fuerit, mihi meipsum perdere infelicem. Illi idum impegi, ac ego vulnus recepi, & dolui reus homicidii. Arcanis scateat praeclearis lucta Iacobi cuius historiam narrat Spiritus S. Quam expendit Oseas. Luctatus est nocte tota, siue fuerit cum ipsa persona filij Dei, vt vult Concilium Smyniense siue cum Angelo, qui eum specialiter figurabat, quod tanto magis nostrae congruit intentioni. Nocte illam luctam Iacob aggredditur, & tali contra eum pugnat fortitudine, vt iam videatur illum siue in hanc, siue in alteram partem solo profertere superatum. Multo fleuit Angelus tempore iniunctus, nec gradu titubat, vt Iacobi viribus huc illucque insectatur, donec tandem arena cedat voluntarius *Inualuit ad Angelum.* Idcirco dicit D. Hieron. Angelum Iacobo imposuisse nomen *Israel*, quod est, *Vincens Deum* siue *Vincens Deus*: Vt constat ex ratione, quam allegauit, dum ei nomen imponeret. *Contra Deum fortis fuisi, multo magis contra homines praualibus.* Videns autem Iacob se Angelo praualuisse, ait Vates, quod *Confortatus est* q. d. supererat gloriosus & exultans: sicut quando dno multo tempore colluctantur, & vnus alium solo proferunt, ille qui superauit: exultat triumphans; (a) pedibus gemit, nouos sumit auios, subsistit pra gaudio quasi fortitudinis virumque suarum ostentans praeslantiam. Dices: Quae tunc voluptas, quae exultatio Iacob? falleris: quinimo ipsa hora cepit ingemiscere, lacrimas fundere, Angeli pedibus se cernuum abicere, supplicare, *Fleuit & rogauit.* Quid hoc? Angelum superasti & ingemiscis, ploras, suppli-

cas? Nihil est quod sic animos gaudio perfundat, quam celeberrima victoria. *Exultant victores capta prada.* Quid igitur ploras? quid victo supplicas? inuictus est ordo: non enim victor devictum rogat, sed prostratus supplices tendit victori manus. Sublime mysterium. Considerat Iacob in sua persona totum populum Iudaeorum, filium suum, qui luctaturus esset cum Verbo aeterno, suae nocte passionis. O qualem luctam, quam arduam, iste Iacob instituit cum Verbo aeterno: quibus non contra eum visus viribus, iam illum in illam, nunc in partem alteram descedens. Nunc ad illum trahit iudicem modo ad alium. Adducit eum coram Pilato, credit, quod ex illa parte eum non deiciat, ad Herodem recurrit, & quia nec ibi corruit demum in domum Pilati trahitur conuincendus. Optime dicitur hanc luctam contigisse de nocte. O quales tenebrae, o quanta intercessit caligo. Non eam praeterit aut tacuit Diuinus ille historiographus Diuus Ioannes de quo nobis textum enarrans, sic inchoat. *Ingressus est Iesus trans torrentem Cedron.* Cur cedronum torrentem vocas, cum in illo nulla floreret cedrus? quia Cedrus Graece Latine dicitur *Obscuritas*. Erat autem torrentis ille obscurus, caliginosus, ad ostendendum id quod tunc agebatur esse plusquam Aegyptiacis tenebris inuolutum. Caligo in decreto illo collecta, quod Deus proponit tradere filium suum in mortem, pro salute capitalium suorum inimicorum *Mysterium absconditum a saeculis in Deo.* Vocat illud Diuus Paulus. Nox in Apollolis, *Celsi* quae tanta effunditur Petrus, vt primum de ea moneatur: *Quod ego facio, tu nescis modo:* & *Ioan. 13. 7.* demum, tria negatione: oculos suos miseris offendet, sicut qui noctibus obambulat, fugiunt ceteri: *Omnes relicto eo fugerunt* Qui enim a luce fugit: tenebris immergitur. Nox in pectore Iudae, quam vt ostenderet Diuus Ioannes, quanta esset tum temporis: ait: *Erat autem nox.* Nox erat in iudicibus, quibusdam malitia obcaecatis, aliis timore Caesaris obtenebratis. Dicitu o sol: *Obscuratus est sol.* tota nocte lucta perseuerauit, & iam videtur in illam inclinare partem, quod iam eum condemnet, iam in alteram, vbi instabant vocibus magnis postulantes: *Crucifige crucifige.* Tandem vicit Iacob: *Inualuit ad Angelum.* Notate verbum *Inualuit.* & signate S. S. Scripturarum conuenientiam. Eo ipso verbo, quo praedixit hoc mysterium Oseas, impletum signat Diuus Lucas, dum ait *Inualescebant voces eorum.* Ex Euangelio declarata impletam Prophetiam: *Inualuit ad Angelum* quia *Inna.*

Hom. 20. in Gen.

Gen. 4. 23.

Gen. 32.

Ose. 12. 11.

II. Allegoria.

Ose. 6. 12.

4.

Lib. de

quest. seu

tradit.

Hebra. in

Gen. 32.

Ose. 6. 12.

4.

(a) Haez pternas de neno.

Ioan. 13.

Celsi

26.

Ioan. 13.

7.

Matth. 26.

56.

Cap. 13.

31.

Luc. 23.

Luc. 23.

31.

31.

Inualefebant voces eorum & adiuuauit latus
feri positionem eorum. Vide an non præualue-
rint, & vicerint: cum eum tandem crucifixe-
rint. Exultate & præ gaudio gestire videtur
Iacob, iam victoria potitus. *Roboratus est, &
confortatus est.* Quanta hilaritate perfluit infeli-
ces illi, quasi suis Christum viribus superassent,
& ille non fuisset, qui amoris viribus se permisit
vinci, & morti se sua sponte dedit: Quam glo-
riosi & cateruatim concurrunt ad Pilatum, qua-
si victoriae lux prosequentes trophæa: *Domine
recordati sumus, quod seruator ille dixit adhuc
viventis; post tres dies resurgam, &c.* O maxime
Iacob, an exultas ob obicentam hanc à filiis tuis
victoriam? Nequaquam, quin potius ipsa hora
plorare incipit, gemere; plangere illos: q. d. O
malo cælo nati filij! ô generatio maledicenda!
ô popule reprobande! ô ciuitas desolanda! vin-
cens eum & occidens, quem occidisti, vitam
ipsam interemisti, & quid tibi his superest nisi
mors? summi Sacerdotis sanguinem fudisti,
propugatoris tui: quid vos modo remanet, ni-
si omnis auxilij iusta subtractio. Occidisti eum
qui tibi erat omne bonum: quid modo timen-
dum, nisi omne malum? Relinquenti etis om-
ni privati vita, salute, templo, sacerdotio, sacri-
ficio, Rege, Propheta. O plebs infans! te de-
ploro, te plango; licet enim tibi attribuas victo-
riam, & persuadeas te eum occidendo, superas-
se: illi tamen parum nocuisti, cum breuis sit in
vitam immortalem resuscitandus: maximum
vero nocumentum, est illud, quod te mauet vi-
ctorem; vitam enim, salutem, & veritatem oc-
cidens, *Hic est Iesus* infernalibus mortis tenebris
deserens obruenda. Quocirca Iacob supplicat,
& exorat pro illis Dominum: *Elenit & roga-
uit.* Parce Domine, parce populo tuo; Deus
misereatur nostri.

24 Elegantiſſimè cecinit hoc vatum primarius
David: contemplatur Iudæos in concilio con-
gregatos, qua ratione concludunt Christum pe-
dere prodicionibus, fraudibus, suis manibus, &
Paganorum viribus. *Considerat peccator iustum,
& querit mortificare eum: Gladium euaginauerunt
peccatores, intenderunt arcum suum, &c.*
Gladius eorum intret in corda ipsorum. Quantis
animis, quo pectore, iustum occidere intende-
runt? *Obseruabit peccator iustum.* Hoc nomen
Christo competit. *Hoc est nomen quod vocabunt
eum: Dominus iustus noster, prope est iustus
meus.* Sic testatur Pater æternus. Quot tech-
nas, quot decipulas struxit ei maledicta pecca-
torum Synagoga? quas persecutiones in eum

excitarunt? *Gladium euaginauerunt, intende-
runt arcum.* Omnia arma eorum in eos reſi-
liunt, & ea quæ de propinquo feriunt, vt gla-
dius, & quæ de longinquo, vt arcus. O genera-
tio praua: quid cogitatis, quid his efficitis?
Gladius eorum intret in corda ipsorum. Prophe-
ticum est hoc (inquit D. August.) & idem est
Intret, ac intrabit. Conformiter regula Diui A-
nacleij Papæ. *Propheta eum optare videtur, fu-
tura vaticinantur.* Contra nullum gladium ne-
quitiæ suæ euaginauerunt, & eo contra illum
deceatarunt: arbitrati sunt, quod eo Christum
confodissent, sed heu miseri: gladius hic eos in-
uast, & hoc agebant, sibi proprias animas pe-
loraque transfoderunt, sibi vitam auferebant,
& salutem infelices homicidæ. Propterea, non
postulat David, gladius eorum intret in corpo-
ra eorum, sed *Intret in corda eorum.* ille etenim,
quem crucifigunt, salus est, vita est, lux est, gau-
dium est, consolatio est, requies est, gloria est:
quia *Hic est Iesus.* Sic res se habuit: quasi quis
gladium in alterum stringeret, eiusque tantum-
modo vestem diffunderet, sibi vero transfoderet
viscera. *Tanquam vellet aliquis per corpus suum
ferrum trancire, vt concederet tunicam alterius.*
Reprobande fameratores: tibi congratularis, quan-
do pro libitu negotia tua peregeris: hunc deci-
piens, illum expolians, & in fine anni, compur-
tus tuos facis, vt illi quos vidit Zacharias Pro-
pheta, dicentes: *Benedictus Deus, diuites facti sumus.*
Plora, ingemisce, grauius tibi, quam s-
proximo nocuisti: quod si alterum bonis iuda-
li temporalibus, tu æternis nudus exponeris, si
alterum in corpore perdidisti, væ animæ tuæ,
peristi. Quam hilaris tripudias, vltor iniuriæ
implacabilis: cum tui calumniatorem confodi-
sti. Ingemisce miseram sortem tuam: tibi, ti-
bi nocuisti: etenim, si alter in corpore vulnus
suscepit, tibi anima tua confossa succubuit æter-
num peritura. Tu libidinose, tibi applaudis,
quod carnis tuæ desiderio satisfeceris, illius mi-
seræ despolians integritatem. Ingemisce in con-
tritione lumborum tuorum. Si tibi de satiato in-
ordinato appetitu & Venerea voluptate applau-
dis, quid egisti? ecce redis sine Deo sine gratia,
sine donis Spiritus S. & miseram animam tuam
denudasti. Vt talem te plangit ipse Deus, accla-
mat tibi, te puerum, infantem, stultumque in-
simulans, qui dum credis te salutem, vitamque
consecutum: tui ipsius cooperaris perditioni: *Is-
quequo paruulus diligit infantiam & stultitiam,
quæ sibi sunt vox captiuæ.* Conuenit Elias Re-
gem Achab, inuenit eum præ gaudio subsilien-
tem.

tem: eo quod lapidato iusto Naboth, iam possessionem vineæ acceperat cuius dependebat cupiditate. O proditor, venditus es ut faceres malum: Audi Prophetam: *Occidisti insuper & possedisti? Innoxium occidisti vitum? illius vineam iniustus abstulisti? An hoc tibi perplacet, illum occisum, & te spoliis eius dititem? Vt tibi misero, est, quod lachrymas fundas vberimas: plus tibi, quam iusto illi nocuisti: in eo enim, quod sanguis innocens fuerit effusus, via sternitur, quæ regius tuus sanguis effundatur, tam ignominiosè, ut eo canes inebrientur, tua percat familia, honor vilipendatur, via enecetur, corpus computescat, & anima gehennæ incendio tradatur crucianda.*

§. 9. *Propheta. In memoriam reuocat Deus his Principibus, ex ore plebis; id quod de Christo per Moysen prædixerat.*

† 25 **P**ropheta à Nazareth Galilea. Non tantum dicitur: *Hic est Iesus*: insuper addunt: *Propheta*: nomen absolutè sumptum non significat Prophetam talem, qualem, sed magnum Prophetam desideratum Gentibus, Messiam. Ex diuina hoc processit sapientia, quod Spiritus S. nomen hoc Propheta plebis ori ingesserit, ut per illud efficaciter retraheret Synagogæ Principes de hoc diabolico incepto facinore Christum occidendi, in quem iam mortis fulminauerant sententiam: quia ex illo Prophetæ nomine declarabat, irreparabile damnum, quod illos obrueret: & id quod omnino sibi persuaderent, quod videlicet occidentes Christum, licet solum & ab omnibus derelictum, ab omni supplicio immunes euaderent, & impuniti contraria veritate, etenim erat ille ipse Deus, qui tantum sacrilegium nefariumque homicidium videretur, & qui in sui sumeret arma defensionem, illatamque iniuriam suo tempore vindicaret. Quocirca illis verbis. *Hic est Iesus Propheta à Nazareth*: illi promissioni Diuinæ iam factæ à principio populus alludit: Quando descendit Deus in caligine super montem Sinai: adeo terribilis fuit hic aduentus eius, de tonantibus vndique tonitruis, micantibus fulgureis, obubillante montem fumo caliginoso, ut omnes conterrentur: nec id mirum: cum & ipse Moyses inhorruent: teste D. Paul. *Exterritus & tremuundus*. Vnde tanto timore concutebantur, ut omnes vnanimes supplicarent: non loquatur nobis Dominus, ut Diuina terrore yo-

Hebr. 12.
20.

cus turbati caderent exanimis, sed si quid eis vellet indicare, Moysè mediatore vteretur. *Ultra Exod. 20. non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem 19. hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. Deut. 10. Loquere tu pro nobis, non loquatur nobis Dominus. 16. ne forte moriamur. Hanc eorum Moyses Dominus proponit orationem, cui ille: Placet mihi bene omnia sunt locuti: Populus est infirmus, Deut. 10. pusillanimis, iure formidat: Hoc ego quoque 17. intendi, ut me timeat: spiritus enim legis, quam illi præscribo, spiritus est timoris, sicut eius status, status est & conditio seniorum, quos timore regi conuenit.*

Attamen elucefecit dies, quæ illis legem amotis promulgabo, filiis propriam, & illam ipsi per Prophetam indicabo, quem ego fuscitabo, & ex eis eligam eiusdem naturæ, familiæ, & stemmatis; hominem, similem tui, in cuius ore ponam verba mea, & proinde quæ loquetur mea erunt, ne dubites. Admone illos, ut quando missus à me, venerit ille Propheta, audiant ille Christus lum, venerabundi suscipiant, docenti obediunt, amono- quando quid contra illum moliti fuerunt, non masticet, contra illum, sed contra me sciant se indigna erant promoliti: & in me suscipiam illos pro allato se- pheta. lere atque ius plectere homicidas: viderunt enim quàm sim terribilis, & quàm pauenda brachij mei fortitudo. *Prophetam de gente tua, & de Dom. 18. fratris tui sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus, & ipsum audies: Ecce qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego visor, existam.*

Loquitur Deus ad litteram, promittens eis filium suum venturum in mundum, ut suam diuinam Sanctamque eis legem promulgaret: hinc eis orta spes eaque certissima, quæ Prophetam sibi à Deo promissum præstolabantur, sub quo nomine Messiam intelligebant. Hinc quando de Messia aduentu loquebantur, de illo agebant sub nomine Prophetæ. Quando Principes & Pharisei miserunt ad Ioannem ut interrogarent eum, num Messias esset, ab eo quaesierunt: *Propheta es tu?* Omnes denique, qui Christum ut verum Messiam confitebantur, illum nomine Prophetæ prædicabant. Contigit, dum Dominus ad vitam filium viduæ vnicum resuscitauit: viso tanto miraculo, stupente populo, elata voce conclamantur: *Propheta magnus surrexit in nobis: & quia visitauit Deus plebem suam. Dilligenter attende verbum illud Surrexit. Conuenit enim promissioni Diuinæ: Prophetam suscitabo. Illud quoque: In nobis: occidit illi: De medio fratrum tuorum. Quando quinque panes fregit*

100.1.

100.16.

100.